





[ohne Faks.]

20

DE
OBLIGATIONE VTRIVSQVE SICILIAE REGIS
TRIBVTVM ANNVVM EX NEXV CLIENTELARI
REGNI NEAPOLITANI CVM ECCLESIA R.
PONTIFICI R. MORE SOLITO VLTERIVS
PRAESTANDI.

1790,
96

DISSERTATIO
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE OBTINENDIS
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
IOANNES AVGVSTVS HIERONYMVVS THALWITZER
IVRIS VTRIVSQVE CANDIDATVS, ADVOCATVS, IVDICIORVM IN
NVDDERSDORF DIRECTOR ET NOTARIVS PVBLICVS
CAESAREVS IMMATICVLATVS.

VITEBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.

4



EDITIONE VIRI SAVI ECCLESIAE REGIS
TRITUM ANNO MDCXCVI CIENTE LXXI
FRANCIA NEAPOLITANA CVM ECCLESIA R.
FONTE R. MOR. SOLITO VETUS
PRAESIDI

DISSEPTIMO
CVM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PZO
SVMIS IN VTRIQVE IVRE HONORIBVS
SITTE OPTINENS
H. L. G. C.
PABLO FRATIORVM EXAMINI SVMMITIT
IOHANNES AVGVSTVS HIERONYMVS THALWITZER
VRSI VTRIQVE CANDIDVS, ADVOCATVS, IVDICIORVM IN
MAGISTRVS DIRECTOR ET NOTARIVS PVBLCVS
CENSURVS IMMATICVLTVS

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
FRIDERICO LVDOVICO WVRMB
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS MINISTRO
COMITIQVE CONSISTORIANO

R E L.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
D O M I N O
CHRISTIANO GOTTHELF
L. B. DE GVTSCHMID
SERENISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
INTIMAE ET SANCTIORIS ADMISSIONIS MINISTRO
COMITIQVE CONSISTORIANO

R E L.

ET

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO
D O M I N O
CHRISTOPHORO GOTTLOB
DE BVRGSDORF
SENATVS ECCLESIASTICI SVPREMI DRESDENSIS PRAESIDI

PATRONIS SVMMA DEVOTIONE VENERANDIS
S A C R V M,

ILLVSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

FRIDERICO LAUDOVICO WARMB

PRINCIPALI PRINCIPIS ELECTORIS SACCONIAE
LITVAE ET SACCONIAE COMMISSIONIS MINISTRO
COMITIS CONSISTORIANO

ILLVSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

D O M I N O

CHRISTIANO GOTTFRIE

DE GUTSCHMID

SECRETARIIS PRINCIPIS ELECTORIS SACCONIAE
LITVAE ET SACCONIAE COMMISSIONIS MINISTRO
COMITIS CONSISTORIANO

REVERENDISSIMO AC GENEROSISSIMO

D O M I N O

CHRISTOPHORO GOTTFRI

DE BARSDORF

SECVLATAE ECCLESIASTICAE SACRIS DRESDENAE PRAESIDI

PATRONIS SANCTAE DEVOTIONE VENERANDIS

S A C R A T O





de hoc statu... (mirrored bleed-through text from the reverse side)

§. I.

Instituti ratio.



emo profecto est rerum novarum paulo curiosior, qui litem
ignoret inter Pium VI. Pontificem R. et Ferdinandum IV.
vtriusque Siciliae regem, de tributo feudali ob regnum
Neapolitanum camerae apostolicae sub solenni modo annuatim penden-
do, paucos abhinc annos coeptam, necdum, si fidem ephemeridibus pu-
blicis tribuimus, compositam. Operae pretium igitur facere arbitratus
sum, si in cognoscenda diiudicandaque re, quae multorum mentes hoc
tempore occupavit, omne pro virili collocarem studium. Digna autem
vberiore explicatione haec causa mihi visa est, partim, quod praeter li-
bellos nuper in Italia per hanc occasionem publici iuris factos, *) (quos
tamen,

A. 2

a) 1. Breve Istoria del dominio tem-
porale della sede apostolica nelle
due Sicilie, descritta in tre libri.

In Roma 1788. (Auctorem prae-
sumunt STEPH. BORGIAM.)

2. Del preteso dominio diretto della
S. Sede





tamen, ut inspicere possem, mihi nullo modo contigit,) nullum inueni de hoc argumento typis expressum, ^{b)} partim, quod desiderio LUDWIGII, celeberrimi quondam Icti, nostro aëno præcipue satisfaciendum esse videbatur, qui in libro de Iuribus Feudorum R. I. (Halae Salsicae MDCCCXL edito, Cap. XI. quaest. II, §. XI. not. *): *Iureconfulti est, inquit, haec arcana* (onus scilicet apostolicae curiae feudale, ut appellat,) *aperire aliis, ne hac decipula et specie inanium fallantur,* hisque verbis harum literarum amatores ad indagandum, num fundamento aliquo nexus hic clientelaris nitatur nec ne, satis excitauit, ut taceam, hoc argumentum etiam propterea mihi placuisse, quod cum iure feudali est connexum, cuius studio meas inprimis dicaui vires. Quibus rationibus commotus cum ad scribendum accesserim, in materia proposita explananda ita versabor, ut, si prius, quae sit in genere nexus feudalis inter ecclesiae R. antistitem regesque origo, quodque in specie inter Pontificem R. regemque Siciliae vinculi clientelaris initium, inuestigauero, ac deinde, nexum istum duces regesque a principio ad nostram aetatem

S. Sede in ragion feudale sul Reame di Napoli e de' vantati diritti della Camera Apostolica di esigere il Censo e di esigerlo con istabilita solennità, in dichiarazione e dilleguazione delle proposizione in fu di cio scorse nelle scritture di Roma. Napoli 1789. 4.

3. Lettera a Monsign. Borgia, nella quale gli si propongono alcuni dubbi su di alcuni punti della di lui breve Istoria. ib. 1789. 4.

4. Origine, progressi e fini della Pon-

tificie Investiture, ib. eod. 4. vid. de his IO. GE. MEVSELS Literatur der Statistik. Leipz. 1790. Hauptst. 7. Abschn. 9. pag. 221 seqq.

b) THOMAS CAMPANELLA quidem composuerat tractatum de censu Neapolitano eo, quo Leo X. P. et Carolus V. I. super hoc pacifcebantur, tempore, nunquam tamen in lucem prodit. GIANNONE bürgerliche Geschichte des Königr. Neapel. B. 3¹. K. 5. S. 45.



aetatem ratione regni Neapolitani agnouisse, demonstrauero, causam denique ipsam pro viribus decidam, ac simul dubia remoueam, quae meae aduersari videntur sententiae. Ceterum nullum aliud huius laboris opto praemium, nisi vt aequi iudices mente secum reputent, in tractanda re obscura atque remota, vt quae supra octingentesimum annum repetenda sit, scriptoris humanitati aliquid esse condonandum.

§. II.

*De origine nexus feudalis inter Pontificem R. principesque
seculares in genere.*

Principio quidem tenendum, Pontificem R. duplicem in praesenti agere personam, alteram summi in ecclesia romano-catholica sacerdotis, qua supremam circa sacra eius potestatem exercet, principis secularis alteram, sensim sensimque liberalitate imperantium et arrogantia Pontificum medii aevi acceptam, vi cuius, iure territorii, quod tenet, facultatem sibi vindicat, negotiis civilibus sese immiscendi. Haec distinguendi ratio nonnihil utilitatis afferre mihi videtur ad explicandam doctrinam de feudis, quae ab eo constitui posse dicuntur. Facile enim intelliges, Pontificem R. si posteriorem respicis personam, tanquam ecclesiae R. prodominum, facultate gaudere, feuda constituendi, eandem vero intuitu officii sacri, quod gerit, nequaquam ipsi esse tribuendam. Atque in eo quidem plerique iuris feudalis interpretes conspirant, Pontificem R. inter personas ecclesiasticas iure feuda constituendi praeditas, modo consensum Cardinalium, in rebus maioris momenti infeudandis, antea requisierit,*) primum obtinere locum, quamquam in definiendo,

A 3

quare

*) Vid. HORN in Iur. feud. c. V. §. 3. et CRAEVIUS in I. F. Lib. I. Tit. 13. §. 6.



quare ei hoc praecipuum ius sit tribuendum, nec non in determinandis rebus ipsis infeudationi obnoxiiis in diuerfas abeunt partes. Alii enim ex loco quodam iuris feudalis Longobardici, I. scil. F. 1. pr. de personis feudorum constituendorum capacibus agente, si archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis, praepositis, vt infeudare possint, permiffum fit, multo magis Pontifici R., vt idem competat, necesse esse, argumentantur, cum et Episcopatum R. ecclesiae gerat, et rerum ecclesiasticarum administrationem habeat, et denique ordinarius ordinariorum sit concurratque cum omni praelatura, vt adeo non tantum bona ecclesiae R. verum etiam cuiusuis alterius infeudare possit.^{b)} Alii vero, qui potestatem ei nullis limitibus circumscriptam tribuunt, cum Papa possit, quod vult, quin etiam feuda queat concedere, non dubitandum esse statunt, ex eaque hypothefi Pontificem R. praeter res ecclesiae infeudari solitas etiam bona secularia, non praedia et latifundia solum, verum integras prouincias, ducatus, principatus, marchionatus, comitatus, quid? quod regna amplissima in feudum dare posse, deducunt c): vt nihil de iis dicam, qui Pontifici R. facultatem bonis secularibus alios infeudandi denegant, quod iure in ea sibi competente plane destitutus sit d). Quidquid eius rei sit, non magni profecto haec opinionum diuersitas est ad nostrum argumentum momenti: quippe hoc loco non tam ratio, quare Pontifici R. prae aliis episcopis praerogatiua quaedam in feudis concedendis competat, inuestiganda, nec, vtrum haec solummodo ad bona eccle-

b) vid. VLR. HANNI Tr. feud. c. 7. p. 125. ITRINGIOL. de feudis qu. 53. n. 103. Interpretes ad d. c. 1. FRANC. DVAR. Comment. in consuet. feud. c. 6. et HORS. l. c.

c) vid. CRAGIUS l. c.
d) vid. SENKENBERG in Pr. lip. iur. feud. P. II. c. 8. §. 159. nisi ad statum ecclesiasticum pertineant, aut ab antiquo receptum sit.



ecclesiastica pertineat, an vero in secularibus quoque locum habeat, quaerendum, nec denique, num Pontifici ius bonis secularibus infeudandi tribuendum sit, cum ratione regni Neapolitani ab antiquissimo tempore istud exercuerit, dispiciendum, sed potius in huius nexus clientelaris inter Pontificem R. principesque originem est inquirendum. Summa itaque rei eo potissimum redit, ut, quibus tandem modis Pontifices R. iuris participes facti sint, ut principes tam fundis de Patrimonio S. Petri, quam terris extra illud sitis, veluti regnis, infeudare possent, ostendamus. En varias causas, ex quibus nexus iste clientelaris provenit. Relatum enim legimus, principes aliosque, qui ad christiana transferant sacra, nimio religionis sensu, Deoque placendi studio, saepe commotos fuisse, ut facultates ecclesiarum terris suis eis addicendis amplisque donationibus in eandem conferendis auferent. His largitionibus sicuti alii episcopi, ita Pontifices inprimis idonei reddebantur, qui territorii sui partes quasdam in feudum dando fidelitatis vinculo alios sibi possent coniungere. e) Alii timore quodam, imo superstitione impleti, ac opinantes, se sub tutela Pontificis maxima fruituros esse securitate, bellum contra hostes forte susceptum sub felici Vicarii Christi f) auspicio ex voto confectum iri, territoria sua Pontifici R. oblata ab eo feudorum nomine recipere g). Nonnullos principes his de principatu contra

cos

e) RITTERSHUIS de hac re ita in Partitionibus iur. feud. L. I. c. V. p. 31 exponit: *ex quo ecclesia coepit studere patrimoniis et ditari facultatibus, et quaerere proventus pingues et vestigalia opima, antistites quoque eius feuda dare coeperunt.*

f) quod P. R. hoc nomine vtatur,

testantur inter alia clare c. 2. et 4. X. de transl. episc.

g) v. IO. GVIL. DE GOEBEL in diss. de feudis extra eurtam ap. IENICU. in Thes. iur. feud. T. II. p. 147. §. 4. et IOS. MARIA GALANTI neue historisch-geograph. Beschreibung beyder Sicilien, aus dem Ital. ueberf. von

LAGE





eos mota eo deduxit, vt regnum Pontifici in feudum offerrent, futurum enim esse putarunt, vt ita res facillime componeretur, si parti aduersae arma Pontificis spiritualia essent timenda ^{b)}; quid quod quosdam ad territoria sua Pontifici R. offerenda ea lege, vt feudi titulo reciperentur, nimia honoris cupiditas incitauit, regium nomen aut saltim conseruationem huius dignitatis optantes. ⁱ⁾ Pontifices vero ipsi cum inani superbia, per nimiam principum erga ipsos reuerentiam excitata, tumentes, ob vanam duplicis potestatis sacrae et ciuilis imaginem, ius feuda con-

stituendi

JAGEMANN (Leipz. 1790) Band I. Buch I. K. 3. S. 102. Ioannem, Angliae regem, quem sine terra vocant, necessitate coactum fuisse, Angliam et Hiberniam anno 1213. Innocentio III. in feudum offerendi promittendique *ad indicem perpetuae obligationis et concessionis pro omni seruitio et consuetudine, quod pro ipsis facere deberet, ecclesiae R. mille marcas Sierlingorum annuatim*, auctores sunt ODOR. RAYNALD. Annal. eccles. T. XIII. ad an. 1213. MATTH. PARIS hist. Angl. p. 399.

^{h)} GIANNONE Bürgerl. Gesch. des Königr. Neapel Buch IX. K. 3. S. 33.

ⁱ⁾ Sic Alphonsus, Lusitaniae R. ao. 1139. ex quo regium nomen assumserat, regnum P. R. in feudum obtulit, ac sedi Apostolicae fidem beneficiariam ao. 1180 iurauit. Offenderat enim tituli nouitate non Hispaniae regem solum, qui a Lusitaniae comitibus olim

requisierat clientelarem fidem, verum ex Lusitaniae optimatibus etiam aliquor, qui Alphonsum antea ad voluntatem suam ordinum voluntatibus accommodandam obstrictum hac obligatione ita eximi crediderunt. Ad hanc inuidiam tollendam regnum P. R. in feudum obtulit. IAC. GABR. WOLF Elem. iur. feud. c. V. §. 20. p. 128 sq. Promisit praeterea Alphonsus ao. 1180 per epistolam Lucio II. P. censum IV. vnciarum auri, v. STEPH. BALVZ. L. II. Miscell. p. 220. — Petrus autem Arrag. Princeps regalia cupiens insignia, ea conditione voti sui particeps factus, vt Arragoniae regnum Apost. sedi fieret feudale, quo ille ao. 1204 P. fidem censumque iureiurando promisit, v. ABR. BZOVIVS in Annal. eccl. ad ann. 1204. §. 19. 20. LUDERWIG de Iur. Feud. R. I. c. XI. qu. II. §. V. p. 576 seq. De Demetrio, Dalmatiae Croatiaeque duce, qui vt regis titu-

sistendi sibi arrogassent, ea in re parasitorum, maximam iis et fere di-
 nino numini parem potestatem tribuentium ^{h)} ac Dei et Christi causa
 uniuersum orbem papae feudalem esse clamantium, adulationibus in-
 flati, ⁱ⁾ eo adeo processere, ut non modo ius clientelare in regna sibi
 vindicarent, quod principio ad Imp. occidentales pertinuerat ^{m)}, sed
 etiam sub praetextu, omnes paganos iure optimo priuari posse rerum sua-
 rum dominiis, eorum terras in feuda distribuerent. ⁿ⁾ Quanquam vero
 his, de quibus disseruimus, nexus clientelaris inter P. R. et principes
 III
 secula.

titulum obtineret, ao. 1076 regna ec-
 clesiae Romanae subiecit, Gregorio VII.
 P. fidelitatem et de concessio regno an-
 nuatim ducentorum Byzantium tribu-
 turum promittens, videre licet AN-
 TON. MARCELLVM de iure seculari
 P. R. (Francof. 1627.) c. 19. p. 143
 seq.

^{k)} ut perspicui potest ex locis citatis
 ab HOTO MANNO in Brut. Fulm. ser
 passim in Disputat. feud. it. ap. GVI-
 DONEM Pap. decif. 589.

^{l)} LVDEWIG l. l. c. XI. qu. II.
 p. 572.

^{m)} Ita sibi arrogasse tale ius in Po-
 loniam et Hungariam, quae utraque
 nexu clientelari germanico Imperio
 fuerat confociata, idem tradidit LVDE-
 WIG l. l. p. 582 et 584. it. in Opusc.
 de iure appellandi reges c. II. §. 7.
 p. 49. Plura si exempla principatuum,
 ducatum et regnorum cupis, euoluas

quaeso IO. BRVNINGH in diff. de ho-
 magis subiectionis §. 191. Diff. Basil.
 Vol. VII. LAV. BANCK in Diaecpsi
 de tyrannide Papae in Reges et Prin-
 cipes christianos c. XIII. pag. 365 seq.
 ANT. MARCELLVM in libro iam lau-
 dato, CRAGIVM l. l. STRYKIVM
 Differtat. feud. II. §. 3. p. 65. WÖR-
 FIVM l. l. LVDEWIGIVM l. l. 16.
 GVIL. DE GOEBEL in laud. dissert. et
 neuissimè IO. FRID. LE BRET in den
 Vorlesungen über die Statistik, Th. II.
 (Struttgart 1785) §. 124. pag. 344 seq.
 appellantes praesertim ducatum Ferra-
 riensem, Parmensem, inter principa-
 tus, quos Vrsinorum et Columenium
 tenent domus, ex regnis, Hiberniam,
 Angliam, Sardiniam et Corsicam, Lu-
 sitaniam, Hispaniam, Galliam, Hunga-
 riam, Poloniam, Daniam, Dalmatiam,
 Bosniam et vtriusque Siciliae regnum.

ⁿ⁾ Ita Hiberniam, minus credulam,
 circa annum 1153. Adrianus P. Henrici

B

co



seculares causis, diuturnitas temporis et actuum inuestiturae frequens reiteratio robur quoddam dederit, eadem tamen temporis diuturnitas, et intermissa posthac renouationis solennitas effecit, vt in plerisque terris nexus iste finem acciperet, ac vasalli iugum iniuria impositum diutius se laturos esse negarent, atque ita est factum, vt inter regna, quae dominium directum P. R. hucusque agnouere, solum superfit regnum Neapolitanum ^o), de quo § seq. agemus.

§. III.

*De origine nexus feudalis inter Pontificem R. et
vtriusque Siciliae regem.*

Quod itaque originem vinculi clientelaris inter Pontificem R. et vtriusque Siciliae regem attinet, ea in Normannorum aut erga Leonem IX. pietate, aut, qua occupatas terras perpetuas sibi facere cupiebant, calliditate haud dubie est quaerenda. ^a) Quae vt clariora fiant, necessarium mihi videtur, de causis, quibus inducti Normanni Italiam cum patrio mutarunt solo, nec non de rebus eorum in Italia gestis, quibus,

eo II. Angl. R. per Io. Sarisberiensem donauit ea lege; vt subactam ab apostolica sede in feudum reciperet. vid. MATTHE. PARIS ad ann. 1155. atque 1173. qui ipse recitat tabulas ad an. 1253. p. 67. ed. Wathsiannae. Neque minus Hispaniae et Lusitaniae regibus adjudicarunt Americam, quod infideles non possent glebam vllam possidere. Bulla Alex. III. P. extat ap. PZOVIVM ad an. 1493. §. 20. cf. qu. 00.

RAYN. l. I. ad an. 1493. §. 18. 19. 20. et LVDEWIG l. I. p. 565.

^o) V. WOLFFIVM l. I. et BYRCH. GOTTH. STRVV. in El. iur. feud. ex ed. IO. AVG. HELLFELD c. VI. §. 6. not. **.

^a) IOS. MARIA GALANTI l. I. B. I. K. I. S. 29. consilium Normannorum in ea re nihil aliud esse dicit, nisi eine politische Handlung der Frömmigkeit, womit die Normännischen Räuber die allge-



bus, vt in ista sedes figere possent, est effectum; pauca praefari. Nimirum medio aevo iis, qui Christianorum sacris addicti erant, in more positum fuit hoc, vt reliquiarum venerandarum causa loca peterent, quibus adseruabantur. Cuius moris imitandi cupiditas quadraginta Normannis, ex Gallia Normannia, quam Carolus Simplex quondam genti huic cedere coactus erat, oriundis, ^{b)} incitamento fuisse dicitur, vt Hierosolymis redeuntes, reliquiarum, quae in monte Casino et Gargano seruabantur, contemplandarum studio Salernum appellerent. ^{c)} Contigit vero eo tempore, vt Salernitani, a Saracenis, Arabica gente, vehementer vexarentur. Quibus cum auxilium tulissent, aliquam territorii partem praemii loco a Gaimaro III. duce Salernitano acceperunt, vt ibi suas collocarent sedes, rogante. Nec conditio displicuit, auctique magno numero eorum, qui ex antiqua patria subinde ad eos accesserant, Longobardorum principibus aduersus Graecos saepe praeflitere auxilium. Cum vero illi beneficii, quod acceperant, mox oblitum, sedes in eiusdem remunerationem promissas, cedere recusarent, Normanni irati, electo duce, arma mouere, sedibusque in ducatu Capuano positis, urbem Auerfam condidere. Sergio autem, Neapolitano duce, a Pandulfo, Capuano principe, ducatu suo pulso, cum iura sua armis vindicassent, partem quandam regionis Capuae adiacentis, sub comitatus nomine, ab isto acceperunt, eaque Conradus Salicus postea Rainulphum

B 2

inue-

allgemeine Furcht vor dem Kirchenbanne und vor den Verfolgungen der Päbste benutzen, um andre eben so ungerechte Besitzer im Zaume zu halten.

b) v. SCHMIDTS Gesch. der Deut-

schen, Band IV. Buch 4. K. 6. S. 119. Frankenth. Ausg. von 1785. quapropter HERMANN. CONTR. ad a. 1053. gentem vocat *ex Gallici oceani oris aduentitiam*.

c) GALANTI l. 1. S. 25.



inuestiisse ^{d)}, veniamque Normannis in Apulia habitandi dedisse dicitur ^{e)}. Alii iam ab Henrico II. I. Normannis territorium quoddam ea sub conditione concessum fuisse commemorant ^{f)}, vt fines regni aduersus Graecos, terras suas a Longobardis sibi ereptas ac deinde ad Francos delatas recuperare tentantes, et aduersus Saracenorum incursiones tuerentur. Vrbes vero Graecis postea ademptas, quo secure possiderent, inuestituram earum ab Henrico III. I. petiere, qui votis illorum aequae libenter satisfecit ac ab

ante-

^{d)} vid. LEO OSTIENS. L. II. c. 67. Rainulfum quoque ipsius Gaimari suggestione de comitatu Auerfano inuestiuit. GIANNONE l. I. Buch 9. S. 6 lq.

^{e)} WIPPO in Vita Conradi Sal. p. 473 rem ita narrat: *facta pace inter Romanos et Teutonicos Imperator in Apuliam processit, et Beneuentanum et Capuam ac reliquas ciuitates illius regionis sine vi, sine voluntaria deditioe, sibi subiugauit, et Normannos, qui de patria sua, nescio qua necessitate compulsi, in Apuliam confluxerant, ibi habitare licentiam dedit, et ad defendendos terminos regni aduersus Graecorum versus eos Principibus suis coadunauit.*

^{f)} vid. HERMANN. CONTR. ad a. 1022. p. 264. *Henricus (II.) Imp. Campaniam petens, Troiam, Neapolim, Capuam et ceteras ciuitates in deditioem accepit, et Normannis quibusdam, qui tempore eius illo confluxerant, quoddam vt ferunt, in illis partibus territorium concessit. Idem*

ad a. 1053. *ea gens, quae a temporibus prioris Henrici Imp. in Calabriae, Samniae, Campaniaeque partes confluxerat, cum bellicosior Italicis gentibus videbatur, primo gratanter accepta, crebro indigenis contra Graecorum et Saracenorum incursiones audacter praeliando auxiliabatur. Consentit cum HERNANNO CONTR. BERTHOLD. CONSTANTIENS. in App. ad HERMANN. CONTR. ad a. 1053. et LEO OSTIENSIS L. II. c. 80. qui ita: Henricus Imp. Drogoni Apuliae et Rainulfo Auerfiae Comitibus ad se conuenientibus et equos illi plurimos et pecuniam maximam offerentibus, uniuersam, quam tunc tenebant, terram imperiali inuestitura firmavit. Conspirat etiam SCHMIDT l. I. Buch 4. K. 6. S. 119. Qui a WIPPONE dissentire videntur auctores, ni fallor, conciliari eum eo queunt, si statuamus, CONRADUM illorum territorium auxisse, aut saltem confirmasse inuestituram ab HENRICO factam.*

anteecessoribus eius erat factum s). Auctis ita Normannorum viribus, HERMANNO CONTRACTO auctore^{h)}, ipsos indigenas bello preme-
re, iniustum dominatum inuadere, heredibus legitimis castella, praedia,
villas, domus, uxores etiam vi auferre, res ecclesiarum diripere, postre-

B 3

mo

g) Arrogabant Imperatores Occiden-
tis, vi regalis in Italia dignitatis, et
quod Apulia et Calabria olim ad ducatum Beneuentanum pertinuerat, sibi
ius, principes Normannos inuestiendi,
repugnantibus licet Graecorum Imperatoribus, qui sibi Longobardos Bene-
uenti, Salerni et Capuae ducatum,
Normannos vero Apuliam iniuste eri-
puisse contendebant. GIANNONE I.
l. Buch 9. K. 3. S. 39. Haec Apulia,
quae olim regnum eis Pharum situm,
ad distinguendum ab eo, quod ultra
seu trans Pharum Siciliaeque audiebat,
appellatum, successu vero temporis,
quamquam parum commode, Neapolitanum regnum dici coepit, GALANTI
l. l. Buch I. K. 1. S. 3. Gothis a Belisario seculo sexto deuictis, vna cum
Sicilia sub Graecorum Imperatorum venit dominatum, quibus non diu post
Longobardi in Italiam penetrantes
quamdam territorii partem iterum eri-
pere, subacta tandem a Zotone, duce
eorum et ducatus Beneuentani conditore, maxima regni nostri parte. GALANTI l. l. Buch I. K. 2. S. 16. ff.
Reliquas autem ciuitates v. c. Neapolim, Gaetam aliasque quasdam, Grae-

corum Imperatores per duces gubernari curarunt. Postquam vero Aistulfus, Longobardorum rex, Exarchatum Graecis ereptum circa annum 754. Pipino necessitate coactus cesserat, donasse eandem dicitur Pipinus ecclesiae R. eiusque antistiti Stephano III. a quo loco patrimoniorum antea iam Gregorio III. quod in cultum imaginum abrogandum consentire nollet, a Leone Isaur. ereptorum retentus fertur. (Quam donationem aduersus quaeuis dubia vindicare studuit SCHMIDT I. l. B. 2. K. 5. S. 153. et K. 10. S. 246.) Longobardis autem per Carolum M. subactis, eorum duces supremam Francorum Imperatorum tanquam Italiae regum potestatem, soluendo annuatim tributo, agnoscere tenebantur. Penitus vero Graecorum in Italia imperio finem fecit Otto I. qui eos pariter atque Saracenos, Italiam valde turbantes, ex hoc regno deiecit.

h) ad a. 1053. Sed iam HERM. CONRINGIUS in Opere de finibus Imperii germ. (Francof. 1680.) L. I. c. XI. p. 149. adnotauit, plenius quidem HERMANNUM CONTRACTUM BERTHOLDO CONSTANTIENSI qui ad eun-



mo diuina et humana omnia, prout viribus plus poterant, iura confundere, nec iam Pontifici, nec ipsi Imperatori, nisi tantum verbotenus cedere. Quam ob rem Leo IX. P. R. lectum in Germania ex Henrici III. I. copiis exercitum, eo aduente, ipse aduersus Normannos duxit, licet patentes subiectionem seruitiumque ipsi promitterent, et quae prius iniuste sibi usurpantes inuaserant, eius beneficio gratiaque retinere velle se dicerent,*) sed superiores illi exitere, et Pontifex ipse in captiuitatem redactus est †). Tantum vero absuit, vt eum male tractarent, vt potius summam ei significarent reuerentiam †), qua re commotus, quos antea excommunicauerat, non solum communioni ecclesiae restituit, verum etiam Humfriedum, eorum ducem, subiectionem sponte promittentem, et quo tutus esset aduersus aliorum impetus, inuestituram prouinciarum occupatarum petentem, non solum terris iamiam subactis, sed iis etiam, quas in posterum Normanni occupaturi essent, infeudauit †), qua venia

Rober-

eundem annum, solummodo: Normannos ipsos indigites et res eorum violenter possidere coepisse, tradidit, asperius tamen rem illam narrare. cf. quoque SCHMIDT B. 5. K. 2. S. 48.

†) Sunt verba eiusdem HERMANNI CONTR. ad eundem annum.

‡) SCHMIDT l. l. GIANNONE Buch 9. K. 3. S. 41.

§) Comprehenserunt illum, et cum honoribus portauerunt Beneuentum, verba sunt ANONYMI BARENS. ap. FELLEGRIN, a. 1053.

¶) GAUFRED. MALATERRA L. II. c. 14. omnem terram, quam perua-

ferant, et quam ulterius versus Calabria et Siciliam lucrari possent de S. Petro hereditati feudo illi et hereditibus possidendam concessit. cf. quoque GALANTI B. i. K. 2. S. 29. Inter omnes primus MARINVS FRECCIA de subfeud. L. i. p. 53. demonstraui, hanc inuestituram niti consuetudine illa, qua gentes se in clientelam P. R. recepere, dicens: ecclesia non dedit, sed accepit, non transtulit, sed ab alio occupatum recepit, affinem vero suum MATTH. DE AFFLICTIS, qui Constantinum M. hoc regnum ecclesiae R. dono dedisse contenderat, his notans verbis: affinis meus historicus non est, auditu percepit



Robertus Guiscardus, Normannorum dux, deinde vsus, OTTONE FRISINGENSI *) auctore, *virtute, dolo, arte, ignaui populi Longobardici victor existens, Campaniae, Apuliae, Calabriae, Siciliae ad ultimum possessor inuentus est*, et a Nicolao II. P. qui sibi Beneuentum referuauit *), inue-

pit etc. Conuenit cum huius opinione, quod GIANNONE monuit l. I. Buch XI. S. 145. Tunc temporis opinio in vulgus emanauerat, P. R. etiam prouincias nondum occupatas feudi nomine concedere posse. GIANNONE Buch IX. S. 66. ff. et GALANTI B. I. K. 3. S. 102.

n) de gestis Friderici I. l. c. II.

o) Haec vrbs ab Henrico III. I. Leonis IX. vicariatus seu vicariationis iure h. e. vt explicant, *permutationis titulo* ea lege fuit concessa, vt hic aedem Bambergae ab Henrico II. I. extruam et a Benedicte VIII. P. a. 1020. ob impositum templi cathedralis titulum, annuo tributo centum Marcarum argenti et albi palafredi onerata, ab hoc censu et subiectione Romanae ecclesiae liberam praedicaret, quam rem LEO OSTIENS. L. II. c. 46. ita describit: *postmodum Leo IX. P. vicariationis gratia Beneuentum ab Henrico Conuadi filio recipiens, praedictum Episcopatum Bamberg. sub eius ditione remisit, equo tantum, quem praediximus, sibi retento.* Henricum vero ni-

hil aliud Pontifici R. concessisse, nisi dominium directum super hanc urbem, vel inde constat, quod ea aetate dominium vile, annuente Imperatore, Pandulfus dux eiusque filius Landulfus exercebant, et ipse suum ducatum excepta hac vrbe Normannis antea in feudum dederat. Sed tunc temporis contractus hic permutatorius caruit euentu. Etenim cum Leo aduersus Normannos exercitum duceret, Pandulfus cum filio ex vrbe quidem *exiliati sunt*, Chron. Duc. et Princ. Benev. ap. PELLEGR. p. 266. aliusque nomine Rudolfus a Pontifice princeps constitutus, attamen hic iterum a Pandolfo expulsus, donec Robertus eam a. 1076. nouiter occupatam, Pontifici denuo vindicaret. GIANN. l. I. p. 47. c. 4. p. 80. Hanc ciuitatem postea iterum amiserunt Pontifices, sed restituta est Pio II. a Ferdinando, vid. *Comm. Pii II.* (Francof. 1614.) p. 135. *Beneuentum, quod olim Samnitium caput fuisse memorant, per id temporis ad Ecclesiam redierat, prius Alphonso paruerat, vt ante illum multos annos vel regibus, qui praecesserant, vel tyrannis. Ferdinan-*



inuestituram desuper accepit ?). Reliquas autem prouincias, quae hodie vtriusque Siciliae regno continentur, Rogerius rex, qui propterea *regem Siciliae, ducatus Apuliae, principatus Capuae*, seu vtriusque Siciliae appellari se voluit, sibi subegit, usque ab Anacleto inuestitus est ?). Nexus itaque clientelaris, quo P. R. reges Neapolitanos sibi coniunctos esse contendunt, ut ex scriptis planum esse confido, e voluntaria Normannorum agnitione originem traxit, ac per temporis diuturnitatem actuumque inuestiturae frequentem reiterationem arctior in dies est factus, nisi quod Sicilia, ut ex sequentibus dilucidius apparebit, eidem se paulatim subtraxit. Sed audio aliquos, qui quaerant, quo tandem iure Leo IX. P. Normannos, qui iam antea Imperatores occidentales intuitu prouinciarum occupatarum dominos directos agnouerant, terris tam expugnatis quam expugnandis inuadere potuerit? Sunt, qui Pontifici R. iustum huius rei titulum ob donationes ecclesiae R. pridem factas asserant,

statu-

dinandus ex conventione Pii restituit inuitus, cum aliter regni concessionem obtinere non posset. Ex his quoque apparebit, non, ut Pontifici volunt, ducatum Beneuentanum, sed solam ciuitatem permutationis iure Pontificibus cessisse, id quod praeterea specialiter affirmant PETR. DIAC. ad OSTIENS. L. II. c. 34. GIANNONE B. IX. K. 3. S. 43. ff. B. X. S. 67. LEBRET in f. Geschichte von Italien §. 3064. ff. appellat id das Gebiet von Benevent: Paulatim vero, forte ex falsa aut nimis ampla interpretatione verborum, quae in bullis inuestiturae occurrunt: *excepta ciuitate Beneuentana cum territo-*

rio et pertinentiis eius v. c. ap. RAYN. ad a. 1309. n. 20. ap. LÜNIG. Cod. Ital. dipl. T. II. p. 1160. et 1263. Pontifices ducatum Beneuentanum sibi arrogasse satis constat, sicuti, vtriusque Siciliae regem, qui a. 1768. hunc ducatum sibi vindicauerat, a. 1774. iterum Pontifici cessisse. v. BÜSCHINGS Erdbeschr. Th. IV. ed. 3. S. 404. Ceterum iura P. R. in ducatum Neapolit. speciali libello conseruare studuit Card. BORGIA.

?) ROMUALD. SALERN. in Chron. ad a. 1061. ap. MURATOR. script. rer. Ital. To. VII. p. 170.

q) GALANTI l. I. p. 30.



statuantque, iam seculo VI. eam in Apulia sub Pelagio I., in Sicilia vero sub Gregorio M. ampla tenuisse patrimonialia,*) postea autem his eidem a Leone Isaurico ereptis, facultates eius donationibus Pipini, Caroli M. Ottonis M. et sequentium Imperatorum, nec non permutatione inter Henricum III. et Leonem celebrata, utpote quae ad ducatum integrum pertinuisset, auctas esse.†) Sed ponamus, has donationes reuera esse factas, quod quidem earum terrarum intuitu, quae Siciliae regno continentur, dubitatione non caret†), exinde tamen Pontificibus Romanis dominium istarum plenum concessum fuisse non sequitur, contrarium potius ex eo elucet, quod Longobardorum duces, ab illis inde, quibus haec donationes factae dicuntur, non Pontificibus R. sed Carolo M. eiusque successoribus in Imperio occidentali fidelitatem praestiterunt, neque ab his ad Pontifices remissi sunt: eiusdemque rei argumentum ex factis Pontificum ipsorum elicitur. Notum enim est, Clementem II. P. a. MXLVII. Beneuentanos excommunicasse, quia Henrico III. obedientiam denegauerant, ex quo efficitur, illum supremum Imperatorum in istam civitatem dominium agnouisse, nec, quantum quidem confiat,

*) Sub patrimonialibus mox fundos ab iis praesertim, qui ad christiana transierant sacra utendi fruendi causa ecclesiae R. concessos, mox annuos redditus ex fundis provenientes intelligendos esse, videndum est ex GIANN. Buch IX. K. 3. S. 40. De patrimonialibus Siciliae inspicere potest LEBRET in f. Vorlesungen über die Statistik Th. II. §. 13. S. 31. not. f. qui et tempore Ottonis I. totam Siciliam patrimonialium ecclesiae appel-

latum esse, animadvertit, p. 33. not. h.

§) V. LUDWIG de I. F. c. XI. qu. II. §. X. p. 585. et LEBRET Gesch. von Italien §. 3604. ff.

†) de auctoritate harum donationum, quas Imperatores ecclesiae R. fecisse dicuntur, legi meretur LEBRET in f. Vorlesungen über die Statistik Th. II. §. 13.



constat, Innocentius II. P. cum Lotharium II. Imp., quo minus vi domini supremi Rainulfum solus inuestiret, impedire vellet, iuris sui demonstrandi causa, ad illas donationes confugit. Quid denique opus fuisset contractu permutatorio interueniente ducatum Beneuenti Pontifici cedi, si iam antea ad eum donatione peruenisset?

Nullusne igitur titulus inueniri potest, ob quem Pontifici ius Normannos terris suis inuestiendi tribuendum? Adest sane, modo inter inuestituram de terris occupatis et inter eam, quae de occupandis est facta, distinguas. Nam, si quid video, causa, quae Pontifici R. facultatem tribuit, Normannos prouinciis iam occupatis infeudandi, in spontanea eorum subiectione clientelari est sita; cum enim et a Leone IX. P. et ab Henrico III. Imp. bello obducti essent, post victoriam de utroque deportatam, iure belli penes ipsos electio erat, utrum pristinum, an vero nouum dominium directum agnoscere vellent, nec contradixerunt ii, qui huius faciendi potestatem habebant. Quae vero de Lothario II. I. antea adduximus, quae contraria huic videri possent sententiae, ea, cum Rogerius postea ab Innocentio II. infeudatus, idemque in eius successoribus ab insequentibus Pontificibus, nulla plane Imperatorum ratione habita, repetitum fuerit, ad exemplum non trahenda sunt ²⁾. Difficilius causa decidi posse videtur, si ad inuestituram de terris adhuc occupandis a Pontifice factam animum aduertimus. Etenim harum intuitu, nisi ex eiusmodi donationum documentis, quorum fides non satis certa est, domini aliquid ius deducamus, inueniri non posse videtur ratio; ob quam terris, quae

²⁾ Nec penitus tacuit Innocentius, cum Lotharius sibi soli inuestiendi ius vindicare tentaret: diuturnum enim antecessorum suorum exercitium in

suam causam adduxit. v. ROMUALD. SALERNIT. Chron. ad a. 1133. ap. MURATOR. Script. rer. Ital. T. VII. p. 189.

quae Graecis adhuc eripiendae erant, Normannos infeudare, ipsi licuerit. Sed de his infra erit dicendi locus: iam enim breuitatis conseruandae studium, ne limites dissertationis academicae excedamus, nos admonet, vt demonstremus, duces regesque Neapolitanos ad nostra vsque tempora nexum feudalem cum Pontificibus R. ipsis intercedentem agnouisse.

§. IV.

Hunc nexum feudalem duces regesque Neapolitani inde a prima eius origine vsque ad nostra tempora agnouere.

I. Inuestitura, siue mutatio in manu dominante, siue in seruiente esset facta, quaesita et a Pontifice R. accepta.

Satis multa, vt opinor, de nexus clientelaris origine inter Pontificem R. et regem Neapolitanum sunt dicta: iam vero res ipsa, et quod coepi pontificia in regnum Neapolitanum iura defendendi consilium me admonent, vt rationes commemorem, quas ad ista tuenda maximi esse momenti arbitror. Quarum grauissima haud dubie inest in eo, quod doceri potest, obligationem clientelarem erga Pontifices possessores istius regni a primis inde temporibus ad Ferdinandum IV., qui hoc tempore gubernaculum reipublicae tenet, agnouisse, ac inuestituram, mutationibus, siue in manu dominante, siue in seruiente contingentibus, ab iisdem petisse solenniique modo accepisse. Qua quidem in re, vt verbis meis fides concilium, recensendis nominibus eorum, qui huic legi feudali satisfecere, paulisper immorabor. Inter omnes, qui a Pontifice, terrarum, quae cum aliis postea occupatis coniunctae regnum, de quo sermo nobis est, constituunt, inuestituram petentes accepere, primus fuit Humfriedus, Normannorum dux, quem a Leone IX. P. a. MLIII, in fidem clientis acceptum §pho superiori audiuimus. Huius in petenda inuestitu-



ra exemplum insequentes Normannorum duces a Roberto Guiscardo ad Guilielmum II. et qui regalem dignitatem cum ducali commutavit nomine, a Rogerio rege ad Tancredum vsque, ab anno MLX. ad annum MCLXXXIV. secuti sunt, et vt *ligii homines* ^{a)} ad Pontifices adeuntes, praefito homagio ligio ^{b)} et iureiurando, per vexillum inuestituram primo quidem de singulis prouinciis, postea vero de vtroque regno acceperunt. ^{c)}

Inde

a) Homo ligius, GIANNONIO auctore B. X. p. 67. ea aetate non in eo sensu, quo hodie, sumebatur, sed indicabat conianctionem quandam (*legam* vocat) vi cuius persona vilioris conditionis fidelitatem, auxilium in bello, aut annum tributum domino directo pollicebatur. Sed DU FRESNE in Gloss. sub h. v. ligies eos vocat, qui dominis suis omnino et in solidum obnoxierant, adeo vt ab iis nude penderent.

b) Hominium seu homagium, ingenere est, vt explicat DU FRESNE sub h. v. professio fidei et obsequii, quam homo seu vasallus domino suo feudali praestat ratione feudi, quod ab eo tenet. Hominium subsequebatur sacramentum fidelitatis, nam illo praefito vasallus tacitis sacrosanctis euangeliiis fidelitatem domino promittebat, stans non flexis genibus, id quod etiam animaduertit laud. DU FRESNE.

c) Robertum Guiscardum a. 1061. Apulia, Calabria, Lucania, Siciliaque subacta, a Nicolao II. P. post huius obitum ab Alexandro P. an. 1062. et hoc

defuncto, a Gregorio VII. P. an. 1080., praefito antea iureiurando fidelitatis et obedientiae, inuestitum fuisse, testatur ROMUALD. SALERNIT. in Chron. ap. MURATOR. Script. rer. Ital. T. VII. p. 170. et 172. et GIANNONE B. X. K. 4. S. 80. Formulam iurisiurandi fidelitatis et obedientiae habet LÜNIG in Cod. diplom. Ital. T. II. Sect. II. p. 843. Roberti successorem, Rogerium, a. 1090. ab Urbano II. terram cum ducatus honore feudi nomine accepisse, iidem affirmant ROMUALD. l. l. p. 176. et GIANNONE B. X. K. 7. S. 92. Consentient quoque ROMUALD. l. l. p. 180. et GIANNONE B. X. K. 3. S. 107. in eo, Paschalem II. P. Guilielmo, Rogerii filio, totam terram per inuestiturae modum cessisse, quamquam ille annum 1115., hic vero annum 1114., quo illud factum sit, nomenent. Eandem inuestituram repetiisse anno 1118. Gelasium II. P. et anno 1120. Callistum II. P. iidem sunt testes ROMUALD. l. l. p. 182. et GIANNONE l. l. p. 108. et

Inde regnum ad gentem Suevicam transit. Etenim Henricus VI. I., cum Constantiam, Rogerii II. filiam, in matrimonium duxisset, Guilielmo III. Tancredi filio, istud eripuit, ^{d)} quo defuncto ^{e)} Fridericus II.

C 3 filius

110. De Guilielmo II. ab Honorio II. P. anno 1126. inuestito idem ROMUALD. l. l. p. 183. loquitur. Rogerium, Siciliae comitem, a Guilielmo heredem institutum, ab Honorio II. P. ligio hominio et iuramento praefito, per inuestituram ducatum Apuliae et Calabriae accepisse, consentiant inter se ROMUALD. p. 184. et GIANNONE B. XI. p. 140. quamquam ratione anni, quo id peractum, iterum in diuersas abeant partes, cum ille anno 1127. hic anno 1128. factum id esse statuat. Rogerium ab Anacleto II. Innocentii II. Antipapa a. 1130. regali decoratum nomine, deinde ab Innocentio II. de regno Siciliae, ducatu Apuliae, et principatu Capuae, inuestitum esse, relatam legimus, quamquam alii auctores v. c. ROMUALD. l. l. annum 1133. alii, vt GIANNONE B. XI. K. 1. S. 159, annum 1139. appellent, quocum LÜNIG in Cod. diplom. Ital. T. II. conspirat, qui p. 849. seq. sub n. 4. Bullam Innocentii II. de anno 1139. laudat, in qua Rogerio II. Siciliae regi, regnum Siciliae vna cum honoribus regis in feudum contulit. Mortuo hoc, Guilielmo I. eius filium successoremque anno 1154. ab Hadriano IV. P. inuesti-

tum fuisse, commemorant iidem ROMUALD. p. 198. GIANNONE B. XII. S. 253. et LÜNIG l. l. p. 850. Guilielmo I. e vivis discesso, eius filium Guilielmum II. regni habenas accepisse, sed ob praematuram mortem, Tancredum, Comitem Loccensem, nothum Rogerii filium, anno 1189. gubernaculum reipublicae impetrasse, et a Clemente III. inuestituram accepisse, GALANTI l. l. c. 2. p. 33. et GIANNONE B. XIV. S. 358. tradunt.

d) GIANNONE B. XIV. S. 351. GALANTI l. l. c. 2. p. 33.

e) Memoratu dignum est, Henrici VI. I. testamentum, quod BARONIUS ad a. 1097. n. 8. valde pium vocat, in quo inter alia haec inueniuntur verba: *Imperatrix, consors nostra, et filius noster Fridericus Dno Pontifici et Ecclesiae R. exhibeant omnia iura, (subintelligendum esse hominum Pontifici faciendum, vel ex eo patet, quod Henricus filium, id Pontifici praestare, antea insiderat) quae a regibus Siciliae consueverunt habere et Dno Pontifici securitatem faciant, sicuti reges Siciliae summo Pontifici et Romanae ecclesiae facere consueverunt. Si filius noster sine herede decesserit, regnum Siciliae*



filius eius, ab Innocentio III. P. vna cum Siciliae corona an. MCLXXXVIII. inuestituram accepit *f*). Postquam vero idem an. MCCXX. ab Honorio III. P. Imperator coronatus est, quod anno MCCXV. per epistolam Pontifex promiserat *g*), perfecit, *filioque suo Henrico regnum Siciliae tam ultra quam citra Pharam, ab Ecclesia R. ad quam solummodo ipsius regni dominium pertineret, sicuti et ipse ab illa sola tenuisset, tenendum reliquit, nec se amplius Siciliae regem nominavit, ne forte pro eo, quod dignatione divina ad Imperii fastigium esset euocatus, aliquid unionis regnum ad Imperium quouis tempore putaretur habere, si simul Imperium tenere vellet et Regnum, per quod tam apostolicae sedi quam heredibus suis aliquod posset dispendium generari h*). Conradum IV. postea, Friderico II. patre eius, mortuo, ab Innocentio IV. P. inuestituram de Sicilia petiisse, repulsam vero ab eodem propterea tulisse, quod secundum eius opinionem utrumque regnum, Friderico II. adhuc viuento, ac varias ob causas excommunicato *i*), ad ecclesiam R. rediisset, ex historia satis constat *k*). Tanto enim odio ea aetate Pontificum animus erga domum Sueuico Strai-

ciliae ad Rom. ecclesiam deueniat. GESTA INNOCENTII III. n. 27.

f) RAYNALD. ad ann. 1198. n. 67. GIANNONE B. XIV. c. 2. p. 360.

g) Innocentius III. P. enim ab initio Fridericum ab Imperio arcere propterea tentauerat, quod per hoc regnum Siciliae vniueretur imperio, et ex ipsa unionis confunderetur ecclesia. GESTA INNOCENTII III. n. 29. Registrum Imper. p. 698. Epistolam Friderici ad Honorium III. habet RAYNALD ad annum 1215. n. 38.

h) Verba sunt ex diplomate petitis, in quo Fridericus, se regno Siciliae cessisse, ac sua iura regiamque Siciliae dignitatem in filium Henricum transulisse profiteretur, de anno 1215, quod extat ap. LÜDIG. l. I. p. 865, seq. et in CAL. GENNI. Monum. dominat. Pontific. T. II. diss. VII. p. 508.

i) de his v. SCHMIDTS Gesch. der Deutschen, B. VI. K. 8. S. 299. K. 9. S. 322. ff. et GALANTI l. I. p. 35. seq.

k) v. SCHMIDT l. I. S. 329. Quamquam Henricus VI. et Conradus IV. inuesti-

fenfem, quae nimia potentia metum ipsis iniiciebat, flagrauit, vt neque
 Manfredum, Friderici nothum filium, neque Conradinum, Friderici II.
 nepotem, qui morte violenta inclaruit, sed exteros potius principes ad
 regnum occupandum istudque a Sede Apostolica in feudum recipiendum
 vocarent. Inter hos^{l)} Carolus Andegaviae et Prouinciae Comes, cum
 Siciliam vi subegisset, anno MCCLXV. a Clemente IV. P. Rex coronatus
 est, et tam ipse, quam posterorum vtriusque sexus nomine, sub lege census
 cuiusdam singulis annis praestandi et Imperatoriam dignitatem sibi forte
 posterisue delatam recusandi^{m)}, in feudum regnum accepit, fidemque
 a. MCCLXVI. iurato promisit, quam a. MCCLXXVI. Ioanni XXI. P. et a.
 MCCLXXVIII. Nicolao III. P. *vt in isto ac supremo domino* de nouo professus
 est.ⁿ⁾ Insequenti tempore, cum Siciliae regnum, consentiente Carolo II. R.
 prioris filio, a Neapolitano diuisum, Petrus Arragonensis nactus esset, pau-
 latim quidem huius reges vinculum feudale dissoluere studuerunt, inue-
 stituram de eo, quod Trinacriam appellare placuit Pontificibus, petere
 censumque praestare cessantes: regni Neapolitani vero moderatores ex
 gente

uestituram de vtroque regno a Pontifice
 nunquam accipere, ille tamen eo, de
 quo diximus, testamento, hic vero inue-
 stitura petita nexum feudalem satis
 agnouere.

l) Innocentium IV. P. primo Richar-
 do a Cornwallis: fratri Henrici III. An-
 gliae regis, postea vero, cum de con-
 ditionibus cum eo conuenire non pos-
 set, Edmundo, dicti regis filio, deni-
 que autem, cum hic ob magnitudinem
 tributi et ob intestinas praecipue in An-
 glia turbas illud recusaret, Carolo An-

degauensi, fratri Ludouici sancti Galliae
 regis regnum obtulisse, testantur GE-
 BAVER im Leben Kaiser Richards B. I.
 §. 79. S. 73 ff. GIANNONE B. 18. S.
 555. et SCHMIDT I. I. S. 330 ff.

m) COLLENT. Hist. Neap. L. IV.
 p. 169. ed. Basil. de 1572. RAYNALD.
 ad ann. 1265. p. 119. Bullam inuesti-
 turae laudat LÜNIG T. II. p. 945.

n) RAYNALD. ad an. 1276. p. 255.
 et 1278. p. 297. Insuperandam a Caro-
 lo I. praestitum recenset LÜNIG T. II.
 p. 979.



gente Andegauenſium oriundi, in agnoſcendo nexu feudali, ſub iisdem, quibus vtrumque regnum Carolo I. ceſſerat conditionibus, a Carolo II. ad Ioannam II. inueſtitura quaefita acceptaque perfeuerarunt *). Qua defuncta lites de ſucceſſione ſunt ortae. Alphonſus I. enim, Siciliae et Arrago-

o) Carolum II. e diuturno carcere tandem emiſſum Nicolao IV. P. a. 1289. homagium de ipſo regno cum iisdem conditionibus feciſſe, quas Patri ſtatuerat Clemens Papa, auctor eſt RAYNALD ad an. 1289. p. 405. Hoc defuncto ROBERTVS eius filius an. 1309. iuramento profeſſus eſt, et recognouit expreſſe regnum Siciliae et totam terram, quae eſt citra Pharam vſque ad confinia terrarum R. eccleſiae, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio et pertinentiis eius, ex mera liberalitate et ſold gratia ſedis Apoſtolicae a ſuo, ſibi ſuiſque heredibus in feudum eſſe conſeſſa, teſte eodem RAYNALDO ad an. 1309. p. 50. (Accepit itaque, vt ex his et GIANN. B. XXII. Einleit. p. 206. liquet, inueſtituram quoque de Sicilia, quoniam Pontifices reges Arragoniae ob intermiſſam inueſtiturae renouationem pro illegitimis habuere eiusdem poſſeſſoribus.) Idem Robertus a. 1317. Ioanni XXII. P. et a. 1335. Benedicte XIII. P. ſe beneficio auctoritateque ſedis Apoſtolicae Siculum regnum accepiſſe, ſolemniter profeſſus eſt, fidemque Pontifici ſacramento deninxit, quod idem narrat RAYNALD ad an. 1317.

p. 154. et ad an. 1335. p. 12. T. 16. Hoc mortuo ſucceſſit eius neptis ex Carolo, Calabriae duce, Ioanna I. Haec ſecundum RAYNALDVM ad an. 1344. p. 206. ad an. 1365. p. 444. et ad an. 1372. p. 499. (qui et ſolemnitatem actus deſcripſit,) terna vice, nimirum ſub Clemente VI. P. primum an. 1344. deinde ſub Urbano V. an. 1365. et tandem an. 1372. ſub Gregorio XI. P. ſe Siculam coronam liberalitati ſedis Apoſtolicae acceptam referre, ſacramento profeſſa eſt. Poſtea Carolus Dyrachus, Caroli II. pronepos, qui mortem Ioannae accelerauit, ſub eadem lege, qua Carolus I. a Clemente IV, ab Urbano VI. P. an. 1380. inueſtituram regi accepit, teſtante RAYNALDO ad an. 1380. p. 30. T. 17. et LÜNIG. h. I. p. 1147. ſeq. e contrario a Clemente VII. Ludouicus II. Andegau. heres a Ioanna teſtamento inſtitutus, an. 1382. regno inueſtitus eſt, affirmantibus id GIANNONIO B. XXIII. c. 5. p. 306. et RAYNALDO ad an. I. Urbano VI. et Carolo defuncto, huius filius, Ladislaus an. 1390. Bonifacii IX. P. beneficentiae regnum Neapolit. publicis literis acceptum retulit, RAYNALDO ad an. 1390. T. 17.

LÜNIG

niae rex, adoptionis titulo, Renatus autem Andegauensis ex testamento Ioannae Reginae post adoptionem condito, regnum sibi poposcerunt. Sed Alphonfus obtinuit, ac utroque regno coniuncto et nomine regis Siciliae assumpto,*) datis a. MCCCCXLV. ad Eugenium IV. P. literis, declarauit, se Apostolicae liberalitati Siculum scepterum acceptum referre, ac leges, quas P. in ritu veteri imposuerat, se seruaturum summa religione pollicitus est †). Inuestituram eius vero ab Eugenio IV. peractam Nicolaus V. postea confirmauit †). Post Alphonfi obitum Ferdinandus I. nothus eiusdem filius, regnum Neapolitanum, quod Calixtus III. ei denegauerat, a. MCCCCLVIII. a Pio II. P. collatum accepit. †) Sicilia vero Ioanni, Arrago-

LÜNIG. l. l. p. 1209. seq. et GIANNONIO B. XXIV. c. 4. p. 347. auctoribus. Qui cum ab Alexandro V. P. ut indigno regno priuaretur, Ludouicus II. de nouo inuestitus, sacramentum Ioanni XXIII. P. fecit, de quo vid. GIANN. B. XXIV. c. 7. p. 366. Ladislao interim mortuo, eius sorori Ioannae II. an. 1418. Neap. regnum a Martino V. P. iure fiduciario assertum esse memorat RAYNALD. ad an. 1418. p. 15. T. 18. quae Alphonsum, Siciliae et Arragoniae regem, ad debellandum Ludouicum III. qui, quod a Ludouico II. descenderet, regnum inuaserat, in auxilium uocatum, deinde adoptauit, Renatum uero Andegau. Ludouici fratrem, postea heredem testamento instituit, adoptione illa pro nulla declarata. GALANTI l. l. c. 2. p. 49.

†) GALANTI l. l. c. 2. p. 52.

†) V. RAYNALD. ad an. 1445. p. 305. T. 18. Bullam Eugenii IV., in qua Alphonso Arragoniae regi Regnum Neapolitanum in feudum contulit, de an. 1443. habet quoque LÜNIG. T. II. l. l. p. 1239. formulam iurifurandi de an. 1445. Id. p. 1249. Quamquam ex inuestiturae tabulis apparet, eum utrumque regnum beneficentiae apostolicae acceptum retulisse, ex eo tamen non colligere licet, intuitu Siciliae nexum clientelarem denuo agnouisse. Consueuerant enim iam antea Pontifices possessores Neapolitani regni utroque regno inuestire, licet Sicilia a regibus Arragoniae possideretur, ut antea indicauimus. vid. quoq. GIANNONIUS L. XXIII. c. 2. p. 290.

†) GIANN. L. XXV. c. 7. p. 414.

§) RAYNALD. ad an. 1458. n. 37. Bullam inuestiturae P. II. de eod. an. laudat quoque LÜNIG. p. 1261. seq.

D



niae regi, ex voluntate defuncti fratris Alphonfi, cessit, qua re coniunctio horum regnorum ante breue tempus facta sublata est. Qui Ferdinando succedere, Alphonfus II. eiusque filius, Ferdinandus II, primum coniunctim ab Innocentio III. a. MCCCCLXXXII. in numerum vasallorum ecclesiae R. recepti sunt *), duobus vero annis praeterlapsis in Alphonsum II. solum ab Alexandro VI. ius fiduciarium regni Neapolitani collatum est **), repugnante quamuis Carolo VIII. Galliae rege, qui adeo regnum hereditario Andegauenfium iure ex Renati testamento ad se deuolutum esse contendens, Alexandrum VI. P. ad inuestituram sibi concedendam armis coegit, sed a Ferdinando non diu post regno deiectus est. *) Neque minus Ferdinandi II. auunculus et successor Fridericus III. regnum Neapolitanum per Caesarem Borgiam ab Alexandro VI. an. MCCCCLXXXVII. datum, **) pontificiae liberalitati acceptum restitit, cuius tamen mox fecit iacturam. An. enim MDI. idem Pontifex, quod eos, qui contra ecclesiam Romanam insurrexerant, recepisset, et cum Turcarum tyranno coniurasset, regno eum priuauit, idque Ludouico XII. regi Franciae et Ferdinando Catholico, Hispaniae regi, in feudum dedit, ita quidem, ut ille Neapolitanam et Caietanam ciuitates, totam terram Laboris et prouinciam Aprutinam una cum titulo regis Neapolitani et Hierosolymitani acciperet, Ducatus uero et omnes prouinciae Calabriae et Apuliae in Ferdinandum regem et Elisabetham, reginam Hispaniae, duces Calabriae et Apuliae propterea nominatos, concessio masculis feminisque succedendi iure, sub consuetis conditione.

*) RAYNALD. ad h. an. p. 408. T. 19.

**) RAYNALD. ad an. 1494. p. 427. LÜNIG. l. I. p. 1299.

v) IOH. V. FERRERAS allgem. Hist. von Spanien, überf. v. D. Semlern. B. 8. Th. II. §. 298.

10) RAYNALD. ad. an. 1497. p. 462. seq.

ditionibus, transferrentur. *) Sed quod vulgari proverbio dicitur, communionem esse matrem rixarum, id orta anno MDIV. inter Gallum et Hispanum de regno Neapolitano discordia, comprobatum est, qua Ludouici regimen finem accepit, et Ferdinandus solus regni Neapolitani iura, per diploma a Iulio III. P. acceptum, anno MDX. consecutus est. **) Undecim annis post Carolus V. Imperator aui sui Ferdinandi successor, Leoni X. P. propter Neapolitanum regnum fidem solemniter praeflavit, cui deinde, eum Imperator factus esset, ob nuncupatum de non affectando imperio sacramentum perituri nota abolita est **), eiusque exemplum in nexu feudali per inuestituram agnoscendo posteris ei succedentes ad Carolum II. usque secuti sunt. ***) Hunc in utroque Siciliae regno sub Carolo V. auo vinito, Philippus V. Ludouici XII. Galliae regis nepos, excepit, quippe testamento anno MDCC. condito heres monarchiae Hispanicae

D 2

cae

x) RAYNALD. T. 19. p. 519. seq. ad an. 1501. Bullam inuestiturae habet quoque LÜNIG. l. l. p. 1311.

y) RAYNALD. ad an. 1510. p. 80. T. 20. FERRERAS span. Gesch. B. 8. Th. 12. §. 301.

z) RAYNALD. ad an. 1521. p. 335. LÜNIG. l. l. p. 1341. seq. bullas inuestiturae et abolitionis etiam adduxit. Nimirum pacto inter Carolum I. et Clementem IV. in hoc contrarium erat, de qua re antea diximus.

aa) Carolus V. I. etiam alio tempore, anno scil. 1526. regnum Neapolitanum in clientela Pontificis esse, professus est. v. GOLDASTI Conflit. Imp. T. III. p. 492. Pace vero anno 1529. Barcello-

nae facta, denuo a Clemente VII. Neapoli inuestitus est. ROBERTSONE Gesch. K. Karls V. Buch I. S. 410. Excepit hunc Philippus II. filius, qui anno 1554. a Iulio III. P. Siciliae citra Pharus seu Neapolis iura accepit. RAYNALD. ad h. an. p. 106. T. 21. P. II. Eodem tempore Philippum III. et IV. inuestitos esse relatum legitur in CENNII l. l. diss. VII. p. 517. De inuestitura Carolo II. Philippi IV. filio anno 1661. ab Alexandro VII. P. facta speciatim commemorat GIANN. B. XXXIX. c. I. p. 565. Mater Caroli II. quoque ex more in aula Hispanica recepto regem Neapolitanum vicarium post mortem Alexandri VII. Romam petere



cae institutus^{bb)}, quod tamen repugnantibus Leopoldo I. eiusque filio Carolo, qui vna cum Philippo Andegauenſi, inueſtituram a Pontifice petebant, eſt factum. ^{cc)} Sed iura ſua Carolus VI. I. Leopoldi filius, Carolo Hiſpaniae Inſanti, Philippi filio, per pacem Viennensem an. MDCCXXXIV. celebratam ceſſit, quo facto iſte anno MDCCXXXVII. a Clemente XII. inueſtituram accepit, ^{dd)} et cum Rex Hiſpaniae ſub Carolo III. nomine factus eſſet, Ferdinandum filium, Quartum exinde dictum, vtriuſque Siciliae regem anno MDCCCLIX. proclamari curauit. Hic anno MDCCCLX. per Cardinalem Vrſinum plenum Pontifici homagium ligium ex veteri fere formula fecit, ^{ee)} quo inter alia *uniuerſas et ſingulas conditiones in litteris Iulii II. P., Leonis X. et aliorum Romanorum Pontificum et praecipue Clementis XII. ſuper ipſius regni et terrarum infeudatione ſue inueſtitura conſectis contentas, ac omnia et ſingula, quae in iis contineantur,*

plo-

petere et Clementi IX. et X. fidem praestare iussit, AVCTORE EODEM B. XXXIX. c. 2. p. 575.

^{bb)} Memoires DE LA TORRE T. II. p. 63. seq.

^{cc)} GIANNONE B. XL. c. 4. p. 628. BOWERS *vnpartheyſche Geſchichte der Roem. Päpſte* von Rambach überſetzt, Th. X. Abſchn. II. p. 240. Ad Leopoldum eiusque filium ex pacto quodam Carolo V. et Ferdinandi I. vtriuſque Siciliae regnum pertinuiſſe, auctor eſt GOTTLIEB BENEDICT SCHRACH in ſ. Biographie Kaiſer Carls VI. Abſchn. I. p. 4. Leopoldus ille in litteris d. d. Viennae 29. Ian. 1701. ad Ponti-

ficem ſuper inueſtitura regni datis ap. TRVCEL. Aa. publ. T. I. c. 6. p. 602. profeſſus eſt, *dominum directum regni Neapolitani ad Sanctitatem Pontificiam ſanctamque ſedem Apoſtolicam pertinere.* Anno autem 1722. Cardinalem ab Althan nomine Carolo VI. I. tanquam regis Siciliae, Innocentio XIII. P. fidelitatem promiſſiſſe et accepiſſe inueſtituram narrat BOWER I. I. p. 339. et STRUV. Corp. hiſt. germ. P. II. Period. X. §. 47. p. 4111.

^{dd)} BOWER I. I. p. 240.

^{ee)} Hanc cum annotationibus adiectis inuenies in LEBRET Vorleſungen über die Statiſt. T. II. p. 347. ſeq.

plenarie adimplere et inuiolabiliter obseruare promisti. ff) Quamquam autem non legere me memini, Ferdinandum IV. Pio VI. P. in locum defuncti Clementis XIV. cooptato, hoc, de quo sermo nobis est, homagium praestitisse, factum tamen hoc esse, exinde coniecere licet, quod obligationi vasalliticae, per inuestituram susceptae, tributo praestando non solum vsque ad Clementis mortem, sed hoc etiam Pontifice Apostolicam sedem tenente, satisfecit, uti ex Spho seq. luculentius apparerebit.

§. V.

II. Tributo intuitu regni Neapolitani Pontifici R. annuatim promisso et praestito.

Neque vero sola de regno Neapolitano inuestitura a Pontifice R. petita acceptaque nexum clientelarem reges illi agnouere, sed promissione etiam tributi cuiusdam annui in hoc solemniter facta eiusdemque praestatione deinde subsecuta. Non quidem negauerim, inter tot reges, qui Siciliae tenuere regnum, nonnullos fuisse, qui in eo camerae Apostolicae praestando moras necerent, neque tamen isti, cum deinde aut officii sui vasallitici sub poena regni amittendi aliisque praeciudiciis admoniti denuo ei satisfecerunt^{a)}, aut remissione tributi postulata, probatis causis,

ff) Subintelligendas esse potissimum condiciones praestando tributo adiectas, ex inuestiturae bullis apparet.

a) Sic ut vno alteroque defungar exemplo, Carolus II. R. Romam petiit, et a Bonifacio P. absolutionem a poena priuationis regni flagitauit, in quam ob non solum censum inciderat, eumque

D 3 ab
Papa praestita satisfactione absoluit, v.
RAYNALD ad an. 1295. p. 475. T. XIII.
Pari modo an. 1355. Ioanna Siciliae
regina eiusque coniux attoniti anathe-
mate Innocentii VI. nec non interdicto
facis regno ob non solum annuum
vesigial, soluendo, ei non defuere.
IDEM ad an. 1355. p. 356, T. XVI. Ea-
dem



ab eius soluendi obligatione liberati sunt,^{b)} ad contrariam sententiam probandam adduci queunt. Nobis vero faciendum est, ut huius tributi naturam paulo accuratius indagemus, ac primo, num ad nostra usque tempora onus feudale, de quo diximus, reges Siciliae sustinuerint, deinde, an et a quo tempore in recognitionem domini directi sit praestitum, investigemus. Et hodie quidem tributum, quod solenni modo et traditur et vicissim accipitur, c) septem mille aureis ducalibus et equo albo eximio illo ac decenter ornato constare,^{d)} satis est notum, nec tamen semper eiusdem

dem regina ad Vrbanum V. P. Nicolaum Visinum, comitem Nolanum misit, ut vestigal penderet, censurisque, quibus ob illud non solum nec praestitam clientelarem sponsonem erat irretita, ipsa solueretur, IDEM ad an. 1363, T. I, p. 425. Ex paucis his exemplis videre licet, hac etiam ratione, venia scilicet ob intermissam census annui solutionem petita, Neapolitani regni possessores vinculum hoc clientelare agnouisse.

b) Sic an. 1472. Ferdinandus Neap. rex petiit, ut vestigale aurum, ob quod non persolutum beneficiario iure exciderat, sibi condonaretur, et in reliquam vitam pendendi census onere liberaretur. Flexit ad sua vota Sixtum IV. P. RAYNALD ad an. 1472. p. 246. T. XIX. Ita an. 1443. Alphonsus de regno inuestito remissum fuit vestigal numarium haecenus debitum ab Eugenio IV. P. RAYNALD. ad hunc an. p.

274. T. XVIII. Idem remisit Julius II. Ferdinando an. 1510. RAYNALD ad hunc an. p. 82. T. XX. et in hac tributi remissione petita laet nexus feudalis agnitio.

c) Descriptionem harum solemnitatum inuenies ap. LÜNIG. in Theatro cerimon. Th. II. p. 213. et in G. W. BOEHMERS Magazin für das Kirchenrecht, die Kirchen- und Gelehrten-Geschichte etc. B. I. Stück I. sub No. V. p. 40. Goetting. 1787.

d) Dicitur hic equus vulgo Zelter, quod verbum BESOLDVS derivat a *tolutavius*, quasi *toluter*, quod *sublatis in aërem pedibus superbe incedat*. Alii aliunde. v. WACHTER in Glossar. qui et animaduertit, vocem Zelter non nisi de equo Hispanico dici, quia latine loquentibus vocetur *Asturco* et *astur equus ab Asturia*, appellatio ergo ducta esse possit a veteri voce *asturica taldo*. Praeterea Zelter, eodem

WACHT.

eiusdem conditionis fuit. Diverfum nempe istud Normannorum tempore fuisse, ex historia luculenter apparet. Hi enim, si originem spectes, eius praestandi fecere sane initium, sed census, qui a Roberto Guiscardo, Normannorum duce, apostolico fisco inferri coepit, pensione annua duodecim tantum denariorum Papiensis monetae constitit, quam *pro unoquoque boum iugo ad confirmationem traditorum ducatum Apuliae, Calabriae et Siciliae, et ad recognitionem fidelitatis de omni terra, quam tenebant*, persoluturum esse, pollicebatur,*) et vehementer alienus hic fuit ab eo, quem postea Rogerius II., Siciliae rex, primum Anacleto, Innocentii II. Antipapae, deinde vero Innocentio ipsi eiusque successoribus singulis annis praestandum promisit, quippe qui sexcentorum Schifatorum summam continuit.†) Auctam esse hanc summam a Guilielmo, Rogerii

suc-

WACHTERO auctore, denotat *equum Celticum*, a *Celtiberis Hispaniae* forte sic dictum, vel *nobilem equum*, quoniam in Glossa quadam apud CANGIUM *Celticus* per *nobilis* explicaretur. De nobili autem equo h. l. vocem accipiendam esse, exinde apparere mihi videtur, quod in investiturae bullis dicitur *equus eximius, palafredus albus, pulcher et bonus*. Vox *palafredus* a FRESNEO explicatur per *equum gradarium*, qui diceretur a *passu equi* et *fraeno* et deducendo, quia *leni passu per fraenum duceretur*. PHIL. FERD. DE MYNDOLTZHEIM in diss. de feudo advocatae ap. IENICHEN, thes. iur. feud. T. I. p. 903. seq. hunc equum *ephippio et ornamentis ex holoserico*

rubro ornatum esse narrat. Ceterum hic equus Caroli Andegav. tempore cum censu, sed recurrente tantum tertio quovis anno, Caroli V. autem aetate singulis annis praesentari coepit, ut ex investiturae bullis inclarescit.

e) Constitutionem de censu exfolvendo formulae inrisurandi fidelitatis et obedientiae a Roberto praestiti adiectam de an. 1080. laudat LÜNIG, in Cod. diplom. Ital. T. II. p. 843. seq. Idem de Richardo, qui eodem, quo Robertus dictus ducatus in feudum accepit, tempore, principatu Capuano inuestitus est, praedicat LEO OSTIENS. L. II. c. 16.

f) V. BARON. ad an. 1130. et LÜNIG. in Bulla Innocentii II. in qua Rogerio



successore, Hadriano IV. P. quadringentos Schifatos pro Marsia exigente; ita, ut mille Schifati annum censum exinde efficerent, CENCIVS CAMERINVS in libro censuum tradidit. 8) Eandem pecuniæ quantitatem utriusque regni intuitu reges ad Caroli Andegavensis aetatem soluisse comperit: huic vero eiusque successoribus Clemens IV. P. census octo

gerio II. Siciliae regi, regnum Siciliae una cum honoribus regis in feudum contulit d. a. 1139. p. 849. seq. cf. quoque LE BERET Geschichte von Italien, Th. II. p. 322. qui et Schifatum ita describit, quod sit aureus numus, calice seu scypho signatus. Scribitur quoque Scyphatus et Scyfatus, sub quo DV FRESNE numum aureum ita sine dubio dictum, intelligit, quod ex specie eorum esset, quos novitas vocasset Iustinianus a caueo, quae vox idem sonaret, quod scyphas, quod scilicet caeus esset, et caei formam praeferret. Ceterum de eorum valore non constare adnotavit CENC. CAMERINVS in libro censuum ap. MVRAT. Antiquit. Ital. T. V. p. 853.

g) Antiquit. Ital. T. V. p. 853. Postmodum Willielmus regis Rogerii filius pro Marsia, quam occupauerat tempore ipsius Innocentii P. superaddidit 400 Schifatos tempore Hadriani IV. quando ipsi fecit hominum et fidelitatem apud Beneuentum. Confirmatum

hoc esse breui certoque nomine in Codice Albiniano per ea tempora ante praedictum librum censuum scripto: rex Siciliae debet pro Apulia, Calabria et Marsia mille scyfatos, docet CENCIVS in Monum. dom. Pontific. T. II. dist. VII. p. 506. seq. LUNIG. quidem in Cod. diplom. Ital. T. II. p. 849. seq. instrumentum pacis inter Hadrianum IV. et Wilhelmum Siciliae regem d. an. 1136. laudat, ex hoc tamen apparet, hunc quingentos Schifatos pro Marchia ecclesiae Romanae singulis annis promississe. Sed quia CENCIVS et Codex Albin. minori contenti sunt summa, vero magis appropinquat, non quingentos sed quadringentos Schifatos huic pro Marchia esse impositos, ut taceam, Cardinalem ab Ostia an. 1198. nomine Innocentii III. P. Constantiae et Friderico II. legem praescripsisse in inuestitura regni concedenda, soluendi 600. Schifatos pro Apulia et Calabria et 400. pro Marsia, v. RAYNALD. ad an. 1198. et GIANNONE B. XIV. c. 2. p. 360.

mille vnciarum ^{b)} auri, seu quadraginta florenorum millium in festo S. Petri quotannis utriusque Siciliae causa praestandi et tertio quovis anno equi eximii albo colore sistendi imposuit legem. ^{c)} Id vero tributum reges Neapolitani integrum Pontifici R. praestare debebant, licet divisione regnorum sub Carolo II. facta, a Pontifice R. tria vnciarum, aut quindecim florenorum millia Trinacriae seu Siciliae ultra Pharam imponerentur, soluenda scilicet a rege huius partis possessori Siciliae citra Pharam. ^{d)} Insequenti tempore, censum hunc octo millium vnciarum auri in duas partes iterum an. MDI. ab Alexandro VI. P. divisum, ^{e)} Julius II. P. an. MDX. Ferdinando Siciliae citra Pharam regi, ut integrum praestaret, de novo iniunxit. ^{f)} Et quamquam idem Pontifex non diu post eum Ferdinando remisit, equo candido tertio quoque anno praebendo contentus, ^{g)} repetendi tamen ab Hispanis numarii vectigalis, ^{h)} MARIANA auctore, ⁱ⁾

^{b)} Vncia secundum FRESNEUM erat monetae genus apud Siculos vitatum et computata quaelibet vncia pro quinque florenis.

^{c)} RAYNALD. ad an. 1265. et LUNIG. l. I. p. 245. seq. qui etiam reliquarum conditionum huic censui adiectarum mentionem fecere.

^{d)} Illud per pacem inter Ioannam I. reginam Neap. et Fridericum Siciliae regem initam esse statutum, narrat GIANNONE l. I. B. XXIII. c. 2. p. 290.

^{e)} Ludovicus enim Galliae Rex quatuor millia vnciarum auri et in quolibet triennio unum palafredum album,

^{f)} In notario de Ferdinando autem, Hispaniae R. et Elisabetha, regina, totidem pro generali censu regni Neapolitani praestare tenebantur, vid. RAYNALD. ad an. 1501. p. 519. T. XIX.

^{g)} RAYNALD. ad hunc an. p. 80. T. XX.

^{h)} IDEM. l. I. p. 82. del. metoq. 2.

ⁱ⁾ Libro enim XXIX. c. 24. inquit: *annis consequentibus a Leone P. impetratum, ut ii reges annua septem aureorum millia penderent veniae pretium Carolo Augusto concessa; Imperii Rom. nomen cum eo regno iungendi, contra quam leges olim Andegavensibus et Arragonis Neapolitanis regibus impositae fuerunt.* vid. RAYNALD. l. I.

E



inde Octavio effi sumta, quod an. MDXXI. Carolus V. I. a Leone X. P. pacto inito impetrauerat, vt Neapolitanum regnum cum imperio coniungeretur. Vi huius pacti enim in locum prioris summae, 7000. aureorum ducalium et equi niuei coloris tributum statutum est, singulis annis, vespere, in profesto die S. Petri finitis, in recognitionem domini directi Pontifici intuitu regni citra Pharum competentis, praestandum. Et usque mos ad nostra vsque tempora obtinuit, et ab eo etiam, qui hoc tempore vtramque Siciliam tenet, rege, iurato agnitus est. Cardinalis Ursinus enim, vt sup̄o antecedente notauimus, nomine regis et speciali eius mandato instructus, in illius animam an. MDCCLX. iureiurando asserauit, regem quascunque condiciones literis Iulii II. Leonis X. et aliorum Pontificum Romanorum, praecipue Clementis XII. P. super ipsius regni et terrarum reliquarum infestatione siue inuestitura confectis insertas, ac omnia et singula, quae alias in iis continerentur, plenarie adimpleturum et inuolabiliter obseruaturum esse. ⁷⁾ Quod vero alteram quaestionem

vid. RAYNALD. ad an. 1521, p. 535. T. XX. et SVBER. in Amdenitaribus iuris feudalis Obs. 12. §. 102. §. 1. v. a. 2. 2. 2. Verles über die Statistick Th. II. p. 347. seq. Ingratum sane suscipere laborem, si singulatim annos omnes enumerare vellem, quibus hoc tributum praestitum est, praesertim cum possessores regni Neapolitani ad Caroli V. tempora, quibus noua eius praestandi epocha coepit, istud sine dubitatione praestitisse, ex his, quae disserui, colligi, et etiam ex BARONIO et RAYNALDO facili negotio perspici possit. Inuabit igitur, ob conditionem tribu-

ti sub Carolo V. mutatam breuibus indicasse, a Caroli V. successoribus etiam hoc tributum camerae Apostolicae oblatum esse. Philippum II. obligationem praestandi tributi agnouisse, vel inde patet, quod legatum suum per literas an. 1555. ad eum datas iussit, de eo cum Pontifice recens creato tractare, quamquam variis ex causis se ad eius solutionem non obstrictum putabat. v. GIANNONE, B. XXXI. p. 194. seq. postea tamen an. 1585. eius legatum Sixto V. tributum obtulisse, auctor est BOWER I. L. Th. X. p. 253. Philippum III. patris sui an. 1598. defuncti successo-

attinet, qua, num tributum in recognitionem domini directi praestitum fuerit, continetur, ea nobis variis ex causis affirmanda esse videtur. Iam primum enim non solum ex illa de censu a Roberto Guiscardo soluendo constitutione, quam supra ex LÜNIGIO laudauimus, sed etiam ex aliis

cessorem, idem Apostolicae camerae obtulisse tributum, non quidem relat-
tum legimus, attamen sine dubio factum esse, exinde conicere licet, quod memoriae proditum inuenimus, ante Caroli II. natiuitatem, Pontifices quotannis 7000. aureos ducates et equum candidum a regibus Hispaniae, regni Neapolitani possessoribus accepisse. **EVROP. FAMA** Th. 56. p. 611. seq. Filium autem et successorem eius, Philippum IV. obligationi huic clientelari an. 1651. et 1652. satisfecisse, videre est ex **THEATRO EVROP.** ad an. 1651. p. 63. et ad an. 1652. p. 219. Th. IX. Carolum II. etiam hoc praesentale, itidem constat ex **THEATRO EVROP.** ad an. 1667. 1670. 1671. 1680. 1681. Th. X. et ad an. 1692. Th. XIV. Oblulisse quidem deinde an. 1701. id. Philippum V. et Carolum Austriacum, narrat **GIANNONE** B. XL. c. 4. p. 628. et **BOWER** l. I. Th. X. Absch. 2. p. 240. recusasse tamen ob lites inter vtrumque de principatu pendentes Clementem XI. P. idem tradidit **BOWER** l. I. anno autem 1722. Clementis XI. successorem Innocentium XIII. acceptasse, a. Carolo VI. I. ex eodem 20.

E 2 **hombro** **ab** **antonom** **an** **pon**
wero l. I. p. 339 et **STRVVI** Corp. hist. Germ. P. II. Per. X. §. 47. p. 41. seq. apparet, quorum posterior in not. 79. subiecta die **KERN-CHRONIK** de 1722. p. 154. laudat, ex eaque: *disse* *Funktion, welche sonst iährlich zu geschehen pfleget, ist vom Anfange des spanischen Successions-Krieges zwi- schen dem Kayser und Fränkreich in 21. Jahren nicht vor sich gegangen* Clementem XII. ab Imperatore an. 1734. tributum recepisse, tradidit **GIANNONE** l. I. B. XL. c. 4. p. 630. An. 1738. Carolus III. vtriusque Siciliae rex Pontifici illud obtulit, vt est ad intelligendum ex **N. EVR. FAMA** P. 38. p. 105. Traditum quoque esse an. 1758. Clementi XIII. notauit **BOWER** l. I. p. 443. qui idem an. 1762. die 29. Iun. factum esse refert l. I. p. 456. Atque ad tempora litis motae hoc tributum a Ferdinando IV. Pontifici Romanuam praestitum fuisse, tam ex **G. W. BOHMERS** Magazin für das Kirchenrecht etc. Band I. Stück I. sub No. 5. p. 140. seq. apparet, quam ex silentio argumentari licet, quod ephemeras publicae super hac re obseruauit. Quod ceterum Pontifex in recipiendo hoc



pontificiae inuestiturae bullis, *) quae apud BARONIUM, RAYNAL-
DVM et LUNIGIVM inspicere possunt, ac imprimis ex conventionione inter
Calixtum III. P. atque Ferdinandum Siciliae regem an. MCCCCLVIII
inita, id, quod contendimus, verissimum esse apparet, quippe qua inter
alia haec memoranda continentur verba: *regii oratores et procuratores
promiserunt pro parte domini regis, quod praefatus rex singulis annis
loco et tempore, contentis in literis infeudationis et nouae inuestiturae con-
cedi solitis, pure et simpliciter, omni exceptione et compensatione remota,
soluet manualiter in pecuniis R. Pontifici pro tempore existenti, censum
octo millium unciarum, in literis inuestiturae contentum, in signum re-
cognitionis proprietatis et domini ipsius regni apud Rom. ecclesiam existen-
tis.* Quod si tamen cui haec argumenta non satis firma viderentur, idem

etiam
hoc tributo verbis vtatur: *sufficiat pro
hac vice*, commemorat FRANKEN-
BERG in Europ. Herald Th. II. p. 115.
quae formula haud dubie integrum il-
lum censum ante Carolum V. praestari
solitum respicit.

*) Forsitan mihi obiciet non nemo,
inuestiturae bullas, quas appellant,
mentionem quidem facere census praes-
tationis sub quo soluendus sit, separa-
tiam vero et plerumque lineolis distin-
ctis loqui de palafredo: cum verba: *in
recognitionem domini directi*, huius
sistendi obligationi modo adiecta sint,
proptereaque equum tantum in huius
recognitionem fisci. Sed salua res est.
Nam primo census praestatio antiquior
est illa equi praesentatione et primis

iam temporibus, vti tractatum est. te-
standae fidelitatis causa fiebat: deinde
conuentio inter Calixtum et Ferdinan-
dum inita, speciatim de censu in reco-
gnitionem domini directi soluendo lo-
quitur, adeoque illustrandis his bullis
inseruit, vt taceam tertio, regnum
Neapolit ad feuda censualia, seu ea, de
quibus, interprete GOTHOFR. THOM.
LUDWIG in dist. de feudo censuali ap-
PENICH. Thes. iur. feud. T. II. p. 44.
seq. loco seruitiorum militarium vel cu-
rialium census annuus praestatur, non
posse referri, (ad quod tamen genus
I. R. obf. 12.) nisi primario census in
recognitionem domini directi sit pen-
dendus.

etiam exinde probari posse existimamus, quod Pontifices R. in concedenda inuestitura, vt ex iisdem inuestiturae bullis patet, expresse sibi tributum, intuitu regni Neapolitani soluendum sub poenâ excommunicationis, interdici, quid? quod sub iactura regni stipulati sunt, vasalli vero reges, his praecudiciis, sacramento fidelitatis desuper praestito, in casum contrahentionis se subiecerunt, vt nihil de aliis regnis dicamus, quae olim Pontificis R. dominium directum censu pendendo agnoscere, a quibus cum in recognitionem fidelitatis illum praestiterint, ad nostrum regnum argumentari licet.

§. VI.

Ex quo sequitur, vtriusque Siciliae regem ad tributum annuum Pontifici R. ecclesiae R. pro domino more solito ulterius praestandum obligatum esse, non obstantibus iis, quae in contrarium vulgo adducuntur.

Restat, vt, antequam solum dissertationis nostrae abscindamus, ex iis, quae de origine nexus clientelaris inter Pontificem R. regesque Siciliae eiusque agnitione a regibus vasallis vsque ad nostra fere tempora facta disputata sunt, obligationem Ferdinandi IV. tributum annuum, cuius iste solutionem aut plane detrectat, aut in recognitionem dominii directi et more consueto facturum se esse negat, quo minus beneficii loco et absque omni ritu solenni ecclesiae R. singulis annis praestet, et ea ratione nexum feudalem paulatim dissoluat, non recusans, ulterius more solito praestandi deducamus, simulque ea, quae ad iura sua Pontifici eripienda in medium proferuntur, refutemus. Mirandum sane est, vtriusque Siciliae regem, cum possessores regni Neapolitani in tributo annuatim soluendo adhuc non minus faciles quam in inuestitura petenda accipiendae se praebue-






runt, ac ipse adeo conditiones singulas in antiquis inuestiturae tabulis contentas non solum explendas, promissione religiosa facta, in se suscepit, et praestando etiam hucusque tributo re ipsa expleuit, Pontifici R. controuerisiam de ea re mouere. Ex his enim causis iste haud dubie nactus est ius perfectum, illius praestationem in posterum etiam tum in recognitionem fidelitatis tum solemniter faciendam a rege exigendi. Sed sunt fortasse non pauci, qui dicant, possessioni Pontifici R. licet respectu iuris in regnum Neap. clientelaris, ob frequentem reiterationem tributique solutionem repetitis vicibus factam, maxime diuturna sit, et etiam ipse Ferdinandus IV. nexum feudalem agnouerit, ob defectum tamen iusti possidendi tituli tale vitium inhaerere, quod nunquam sanari possit, ut adeo omnia Pontifici in regnum Neapolitanum iura sint abiudicanda. Et concederemus quidem eam sententiam specie non carere, si iuris pontificii in regnum Neapolitanum titulus in istis donationibus, de quibus supra locuti sumus, quaerendus esset, quamquam sic etiam euanesceat, modo reputemus, primum, eos, qui ius contradicendi habent, stentium obseruasse, adeoque cum res ipsis notissima esset, tacite consentisse, quod etiam expresse aliquando est factum:*) deinde, in ipsa temporis, quo

inue-

*) Sic Otto IV. an. 1201. Innocentio III. P. se adeo obligauit, *ad iuuandum eum, in retinendo regno Siciliae.* v. LÜNIG. Cod. dipl. Ital. p. 706, seq. Rudolphus I. I. vero an. 1274. expresse promisit, *neque per se, neque per alium Carolum, Siciliae regem, offendere, nec regnum Siciliae, quod ille a Romana teneret ecclesia, vel aliquam eius partem occupare.* LÜNIG. l. l. p. 719. 720. 731. 733. 735. Idem pro-

missum fecit Pontifici Henricus VII. an. 1310. LÜNIG l. l. p. 761. Carolus IV. I. etiam iurato pollicitus est, *se non occupaturum regna Siciliae, quae de directo dominio iure et feuda ecclesiae Romanae esse noscerentur.* LÜNIG l. l. p. 761. 773. 791. Tacite autem Imperatores consensum suum tum etiam declararunt, cum ipsi tamquam reges Neapolitani a Pontificibus R. inuestituram petierunt; quod v. c. Carolus V.

Leo-




 inuestitura peracta tributumque solutum est, diuturnitate, eius iuris, quod Pontifex sibi arrogat, causam latere. ^{b)} Sed quid ad nos donationes istae, cum de eo tributo, quod propter regnum Neapolitanum, non Siculum, est soluendum, agamus? Istud vero, quod alias sub Apuliae nomine venit, eo, quo Normanni de eo inuestituram a Leone IX. impetraverunt, tempore, ad terras iam occupatas pertinebat. ^{c)} Plane autem ab eorum arbitrio dependebat, ex victo utroque hoste, et Imperatore et Pontifice, eum sibi dominum directum eligendi, cuius sub tutela terras occupatas secure possidere se posse confiderent. Pontifex quidem R. cum eos in clientelam reciperet, ob donationes sibi ab Imperatore praesertim factas, ins sibi arrogabat, inuestituram eis de terris adhuc occupandis etiam concedendi: hae vero eae sunt terrae, quae a Roberto Guiscardo potissimum subactae Siciliae regnum efficiunt, adeoque, cum earum cum ecclesia R. nexus paulatim obsoleuit, nos nullo modo tangunt. Sed audio alios Pontifici R. dominium directum hanc ob causam eripere tentantes, quia legi-
 timi

Leopoldus cum filio suo alique antea fecerunt.

^{b)} Repetenda hic sunt, quae ex SENKENBERGIO laudauimus verba, statuerent, Pontifici competere infeudandi ius, si ab antiquo receptum sit. Memoranda quoque sunt Friderici I. I. in confirmatione iurium episcoporum Wurzburgens. an. 1118. *Decet, firmiter semper existere, quod antiquitate et diuturna possessione commendatur.* Extant in LEVCKFELD. Antiquitatib. Poeldenfib. p. 254 seq.

^{c)} Sub Henrico II. enim, teste HERMANNO CONTR. ad an. 1053. iam in

Calabriae, Samniae, Campaniaeque partes confluerant, Conradus Salicus vero illis, WIPPONE in V. Conradi p. 473. auctore, in Apulia habitandi licentiam dederat, eamque fere totam tenebant an. 1064. quo terras inter duces distribuere, v. LEO OSTIENS. L. II. c. 67. Quidquid autem in Apulia Graeci et Saraceni possidebant, occuparunt postea, his quoque ex Calabria et Sicilia expulsis, quae omnia ante inuestituram a Leone IX. P. acceptam contigere, v. GALANTI I. I. p. 28.



timi in regno Neapolitano successoris Conradini occisionem^{d)} compro-
bauerit,^{e)} regnumque iniusto modo in Carolum Andegauensem
trastulerit. Quibus acute profecto WOLFGANG IAEGER^{f)}
Prof. Altdorf. respondit, Conradini necem, cum de eius inter-
ficiendi consilio apud scriptores proxime ab eo tempore viuentes
nihil reperiatur, nec ex BARTHOL. DEN. CASTRO, qui formulam
sententiae recitans, sola verba: *permissione Pontificum et sapientum as-
scribarum consilii* adduxerit, nec speciatim Clementis IV. mentionem fe-
cerit, hunc eius causam fuisse, appareat; quin potius Pontificem et Cat-
dinales hoc supplicium, teste MALASPINA p. 1015. male habuerit,
et tandem PETR. de PRETIO Vice-Cancellarius, in literis ad Henri-
cum Illustrem datis aliter profecto de hac internectione nefanda iudicaturus
fuisset, si Pontificem eius putasset auctorem,^{g)} Caroli Andegauenensis infe-

d) Mortem Conradini et Friderici
a Stauffen praeter alios descripsit ANO-
NYMVS et SAB. MALASP. Hist Sic. p.
799. in 10. BAPT. CARUSII Biblioth.
histor. T. II. et WOLFGANG IAEGER
in seiner Geschichte Conrads II. Koe-
nigs beyder Sicilien c. 4. (Nürnb. 1787.)

e) Clemens IV. enim Carolo, quid
faciendum esset de Conradino capto,
quaerenti, rescriptisse dicitur in haec
verba: *vita Conradini mors Caroli,
vita Caroli mors Conradini*, quibus
consilium ei dedisse de Conradino in-
terficiendo existimant, v. FRID. SPAN-
HEM. Op. ad Geogr. Chronol. et hi-
stor. Speciantia Sec. XIII. p. 1676.
STRUV. in Corp. hist. germ. P. I. Pe-

riod. VII. p. 492. not. 75. PAUL BER-
BERSTEIN diff. de praevocationibus
Pontificis R. in Pr. I. R. G. idque iam
exemplo Pontificis Clementis IV. et
Conradini Sueviae ducis §. 6. Quid
quod NICOL. DE IAMSILLA in Hist.
ap. MVRATOR. Scriptor. rer. Ital. T.
VIII. p. 512. et GIANNONE B. XVII.
c. 3. p. 534. et 536. Pontificem ipsi
regno inhiasse narrant.

f) l. l. c. 4. p. 58. seq. et not. 61.

g) Scripsit enim: *videte crudelita-
tem horridam, videte nequitiam
detestandam, videte, si merito se
speciatem ecclesiae profitetur filium,
(Carolus) qui nec deum timet, nec re-
cognoscit iram, nec hominem revere-
tur.*

sto erga eum animo solummodo esse tribuendam. Demus etiam, Pontificem R., quod legitimo heredi regnum eripuit, in Carolum Andegavensem translatum, feloniam commisisse; attamen iactura domini directi propterea locum haud inuenit, quia Pontifex R. tantummodo prodominus est, culpa autem prodomini ei, cuius nomine prodominium exercet, damnum inferre iure haud potest.^{b)} Ex eadem ratione alia feloniae species, qua Pontificem onerant, est diiudicanda. Dicunt nimirum, regibus Siciliae bello obductis, tantum abfuisse, ut vi mutuae fidelitatis iis auxilium praestarent, ut potius partes hostium sequerentur.^{c)} Sed hoc etiam salva nostra sententia potest concedi, darique adeo, Pontifices interdum studio, consanguineorum opes auctoritatemque augendi abreptos, cum principibus de regno illis sub lege vinculi coniugalibus inter consanguineos

tur. Quid inquis, o sancta mater ecclesia? quod iste tuus filius, qui fuisse, vitam vel defuisse potius, abortivus, aut ex ea vitam prius steritibus exiitissis, opus inficiandum opifici tuae factus est famae, lues et opprobrium honestatis in humano genere, dum sic neonizet. Nonne stupente spiritu cum rubore monstrum huiusmodi terribile perhorrescis, quod ita protheatur in viperam et degenerat in serpentem.

^{b)} vid. III. PUTTMANN in I. F. c. 22. §. 589. Accedit, quod, ut antea diximus, Imperatores Caroli inuestituram approbaverint.

^{c)} vid. HAVBOLDI ERNST. A LICHTENHAHN Ep. de usu iurispud. feud.

in eaus. publ. et illustr. ap. Ienich. T. I. p. 603. *Quid de Pontifice dicamus, quem tantum abest, ut vasallum, cui nullum adipisci poterat munus, maiestate, auctoritatis splendore parem, iuuet ac protegat, omni potius consilio, studiis et opibus aduersarios fouere, omnia pro illis libenter facere, militique Hispan. transitum per ecclesiae terras promississe, Austriacis etiam ipsum aditum et comneatum denegasse, hostium vires sacrarum aedium reditibus alere constat? His omnibus admisis, quae potest pontificii in regno iuris aut domini vestigium remanere? Loquitur haud dubie de auxilio Carolo Infanti, Philippi V. filio praestito. Conuenit GIANNONE B. XL. c. 4. p. 630.*

F



utriusque partis contrahendi concedendo tractasse, aut reuera aliquando illud concessisse:*) sed nonne iniustum foret, si ecclesiam R. ob factum antistitis minus verecundum iure suo priuare vellemus? ut taceamus, eos, qui hoc modo regnum adepti sunt, haud omni in istud iure destitutos fuisse. Sunt adhuc aliae quaedam rationes, quibus ius Pontifici R. in regnum Neap. competens destruere satagunt: quas tamen, et quia ferè minoris momenti sunt, et ne lectoribus fastidium creemus, lubenter omittimus. Cum igitur omnes, quae ad ius clientelare Pontifici R. eripiendum adduci solent causae, nihili sint putandae, Ferdinandus IV. vero in tributo solenniter pendendo vestigia antecessorum suorum aequè ac in inuestitura petenda accipiendaque prefferit, eum haud minus ad illud viterius praestandum quam ad inuestituram, mutatione aliqua contingente renouandam, obligatum esse censemus.

Quod Alexander VI. P. Alphonsum II. regno sub conditione, vt Sanciam, notham filiam, Iohedo pariter

notho suo filio in matrimonium daret, insecanderit, auctor, est RAVNALD. T. XIX. ad an. 1494. p. 427.

Wittenberg Diss. 1790

vol 18

f

ULB Halle 3
003 769 283



sb.







[John Fahn]

20

DE
OBLIGATIONE VTRIVSQVE SICILIAE REGIS
TRIBUTVM ANNVVM EX NEXV CLIENTELARI
REGNI NEAPOLITANI CVM ECCLESIA R.
PONTIFICI R. MORE SOLITO VLTERIVS
PRAESTANDI.

1790,
96

DISSERTATIO
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE OBTINENDIS
H. L. Q. C.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
IOANNES AVGVSTVS HIERONYMVVS THALWITZER
IVRIS VTRIVSQVE CANDIDATVS, ADVOCATVS, IVDICIORVM IN
NVDRSDORF DIRECTOR ET NOTARIVS PVBLICVS
CAESAREVS IMMATICVLATVS,

VITEBERGAE
RITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.